

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

103.

117.



Ad Illustrissimum & fortiss. Principem ac Dominum

DN. CHRISTIANUM PRINCEPEM
ANHALTINUM, COMITEM ASCANIAE,
DN. BERNBURGI ET SERVESTI. &c.

DELECTUM OMNIUMQ; VOTIS EXPETITUM
IMPERATOREM BELLII

Adversus Hostem veritatis & libertatis GERMANIAE.

FELIX, VICTORQUE REDI, FORTISSIME PRINCEPS,
I DECUS, I LUMEN PATRIÆ, COLUMENQUE SENATUS,

I quò fata trahunt, quò factis inclyta dextra,
Quò pietas ac prisca fides, quò GLORIA CHRISTI,
Quò nomen patriæ, stabilis quò fœdera pacti,
Quò vocat hæc ætas, quò postera, cura nepotum,
Quò fas, quò fasces ac fatis debita tellus,
Deniq; quò temerè elati confusio fastus.

O RERUM SATOR, Ô ROBUR, si robore pectus
Unquam firmasti DUCIS, ac virtute beasti,
SI MANUS ARMIPOTENS textit, si rexit aperti
Securum cæci sceleris, technæq; dolosæ,
Si trepidis unquam tergis, si cladibus hostis
Latus, si capiti positus cum laude coronis,
Si prædâ spoliisq; gravis, si clarus ab ausis;
NUNC NUNC, CHRISTE, bea, serva, nunc suffice vires,
Nunc animos, queis MOSES Princeps usus in armis,
Flumine Erythræo, merso Pharaone superbo,
Nunc cæcos elude dolos, artesq; pelargas,
ARTIFICIS SCELUS, ET CASSES PELLACIS ULYSSIS,
Nunc dextrâ, quoties ferro decernit Iberus,
Qui ruit ut tigris, furit, uritq; ignis ad instar,
Inter mille strages cælorum protege cinctum,
Inter & insidias, subtilia toxica, tutum.

Quin, Ô CHRISTE, Tibi Dilecto militet æther,
Et conjurati veniant ad classica venti,
Ut vi cœlesti, telisq; sequacibus hostis
Sparsus & instabilis sylvis versetur & erret,
Infamem vultum perdente, tegente pudore;
CHRISTIANUS clueat victor, CHRISTIANUS AVITI
Assertor sceptri, CHRISTIANUS GLORIA Gentis
CHRISTIADUM, patriæq; SALUS & SIDUS AVORUM.
Ut timeatq; trematq; DEUM gens effera, discens

JUSTITIAM COLERE ET DELIRIA TEMNERE PAPÆ,
Ut PIETAS contra cum terrâ gestiat omni,
Atque animis sumptis meliùs confidat Iovæ,
TANDEM donanti palmis ac robore causam.

HÆC BOJUS, POPULUSQUE TUUS, CHRISTIANE, precantur,
HÆC PROLES, quàm DULCIA PECTORA! & INCLYTA CONJUX,
Quæ veniente die, quæ decedente requirit
Sollicitis fati lachrymis, reditusq; secundi,
DIMIDIUM CORDIS, DOMINUM super omnia charum,
Incolumem revocans, decoratum tempora lauro,
IMMORTALE SUIS DECUS, IMMORTALE PALATUS.
Consonet hîc omnis civis, tua consonet aula,
Consonet hîc magnus patrum, divinus & ordo,
Acclament Musæ, lactens acclamet & ævum:
I FELIX, VICTORQUE REDI, FORTISSIME PRINCEPS.

Johannes Hetzelius Nor. Schola Martin. Corrector boni ominis & debite subjectionis ergò.

Ex Officinâ Schönfeldianâ, Anno M D C X.

MEMORANDUM

MEMORANDUM FOR THE RECORD

DATE: 10/10/1917

TO: THE PRESIDENT

FROM: THE SECRETARY OF WAR

SUBJECT: THE PROPOSED

REVISION OF THE

REGULATIONS

GOVERNING THE

PROCEEDINGS OF

THE BOARD OF

WAR DEPARTMENT

COMMISSIONERS

AND MEMBERS

OF THE BOARD

OF WAR DEPARTMENT

COMMISSIONERS

AND MEMBERS

OF THE BOARD

OF WAR DEPARTMENT

COMMISSIONERS

AND MEMBERS

OF THE BOARD

OF WAR DEPARTMENT

COMMISSIONERS

AND MEMBERS

OF THE BOARD

OF WAR DEPARTMENT

COMMISSIONERS

AND MEMBERS

OF THE BOARD

103.

117

№ 1996

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808




nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M


DX



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



103.

117

